

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Caro siue corpus ad  
cum uariis

Iam qui bona pre se corporis ferunt, quam exigua, quam fragili possessione utuntur! Forme uero nitor ut rapidus est et uelox et uernalium florum mutabilitate fugacior. Quod ut si, ait Aristoteles, Linceis oculis homines uterentur ut eorum uisus obstancia penetraret, nonne introspectis uiseribus illud Alcipiadis superficie pulcherrimum corpus turpissimum uideretur? Igitur te pulchrum uideri non tua natura sed oculorum spectancium reddit infirmitas. Sed estimate quam multis nimia corporis bona dum sciatis hoc quocumque miramini triduane febris igniculo posse dissolui.

Boecius III. de consolacione.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

pre se corporis] corporis pre se P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; uero] uere M; ut si] si ut M; ut si ait Aristoteles Linceis] ut ait Aristotiles. Si Linceis P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; igitur] ideo P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; estimate] existimate P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; sed estimate quam multis nimia corporis bona dum sciatis hoc quocumque miramini triduane febris igniculo posse dissolui *om.* V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>